



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessio Doctrinae Saxonicarvm Ecclesiarvm, Scripta
Anno Domini M. D. LI. Vt Synodo Tridentinae Exhiberetvr**

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1554

VD16 C 4808

Appendix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35345

mittat aduersarijs, ut ueritatem sua audacia opprimāt, & crudelitatem quæ aduersus innocentes exercetur confirmet, & maiora dissidia iniustis decretis excitent.

Commendamus autem & Ecclesiam & nos ipsos, filio Dei Domino nostro IESU Christo, quem scimus uoce Euangelij colligere sibi æternam Ecclesiam: & eum oramus, ut nos regat, nec sinat extingui lucem Euangelij sui, nec deleri sinat cœtus ipsum uerè inuocantes.

DEO GRATIA.

APPENDIX.

ROgamus autem omnes, qui in uicinis Ecclesijs docent, aut alibi qui amplectuntur Confessionem Augustæ exhibitam Anno 1530: Vt hæc legentes, si quid alicubi desiderant, amanter nos moneant. quia non uoluimus aliud genus doctrinæ gignere, sed simpliciter recitare illius Confessionis Augustanæ sententiam & communem consensum harum Ecclesiarum

clesiarum, & petimus ut candidè & non
calumniose iudicetur. Non uoluimus no
ua diſſidia ferere, ſed maximè oramus Fi
lium Dei Dominum noſtrum Ieſum Chri
ſtum, crucifixum pro nobis, & reſuscita
tum, qui precatus eſt in agone ſuo,
ut unum ſimus in Deo, ut faci
at, ut nos quoq; in pluri
mis Eccleſijs unum
ſimus in ipſo.

F I N I S.

NOS, quorum nomina aſcripta ſunt,
qui nunc in Eccleſijs & Academijs,
quarum infra fit mentio, docemus, affir
mamus in hoc ſcripto, quod dextrè &
non calumnioſe intelligi uolumus, recita
tam eſſe doctrinam communem, quæ ſo
nat in Eccleſijs & Academijs, in quibus
Euangelium docemus. Et ſentimus uerè
hanc ~~eſſe puram~~ & incorruptam doctri
nam Eccleſie Domini noſtri Ieſu Chriſti,
congruentem cum ſcriptis Prophetiſ &
Apoſtolicis & Symbolis, ac neceſſariam
Eccleſijs, & oramus Dominum noſtrum
K 5 Ieſum